

BPL 1806

Johannes Stinstra

aan

Samuel Crellius

1 (1744)

uitg. in. Christiaan Sepp, Johannes Stinstra  
en zijn tijd, dl. 2, Amsterdam 1866, p. 165-6.

afgelekt uit het exemplaar van Sepp van dit  
werk, them. *Historisch Geneeskunde*.

mei 1983.



Pietate ac doctrina insigni, venerando Seni

Samuëli Crellio

S. P. D.

Joannes Hinstra.

Binas tuas literas mense Novembri Superioris anni, ac die tertio hujus mensis ad me datas accipi mihi perquam gratas. Ad priores jam responsum dedidisse, si quicquam habuissem dignum quo animulum ad vestros. Intime gavisus sum, te summi Milisii beneficio oculorum librum receperis, quam ut ad vitæ fontem integrum conserves, enixe valeo.

Jucunda etiam Impressio fuit illa ex St. Agh. epistola decrypta particula, quam mihi tuus in sulperis descripsisti. Valde duco cognoscere, quidnam de Libertate Unitariorum in Transylvania cum tribus ceteris sectis æquale demum a Regina statuetur. Ha quidem favore principum ac statuum quorum jam auxilio eget Regina, abeat, <sup>atque</sup> quod æquum ac justum est impetrabunt; At quis pro illis, nusquam alibi nequidem toleratis, intercedere volet? Omni auctoritate hujus mundi, & in patria & ubique terrarum sunt destituti. Felices itaque ter & amplius sunt, si privilegia sua reciperent; quod sanequam fieri nequit, nisi eorum causa, cum dolantium aliorum sectarum cohaereat, & ipsi speculativa considerationem fugientes communi Protestantum nomine contineantur.

Ubi literas ad Professorem Agh. posthac dabis, rogo, ut illi salutem multam impertias mea nomine. Si qua foret occasio scripta mea hinc in Transylvaniam perferendi, libentissime ei vis, horum cupido, quantumvis tenui dono mitterem. Sed eam ipse ignoro





nec nisi ex Te cognoscere possim. Licet mihi intantum Tibi offerre  
has quatuor orationes Ecclesiasticas per totidem menses hujus anni  
a me in lucem emissas: quod curriculum per singulos menses  
persequi constitui, si Deus voluerit, neque prohibeat vis malevolen-  
tium. Sic prestat mihi litora longam, Et si non licet scribere  
mutus ero. Accipe has, queso, amicitiae ac venerationis meae  
erga te testes. Vale, Vir celeberrime, meique in precibus  
tuis adhaere memento.

Dabam. Havelingae praesae Cal. Maj. A. N. C. MDCCXLIV.